

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2786

Autre(s) référence(s) : Round 748

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Robert de Torigni, Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1163-1173]

Lieu d'émission : Reading

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation par le roi Henri II d'un accord conclu entre l'abbé Robert de Torigni et Rualend de Genêts.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Chronique de Robert de Torigni, abbé du Mont-Saint-Michel : suivie de divers opuscules historiques de cet auteur et de plusieurs religieux de la même abbaye*, le tout publié d'après les manuscrits originaux, Rouen, Le Brument, 1872-1873, 2 vol., t. 2, « Lettres, chartes et pièces diverses de l'administration de Robert de Torigni », n° XXII, p. 286-288.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCXCIV, t. 1, p. 525-526.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 748.

Dissertation critique

Datation proposée par L. Delisle/E. Berger.

Texte établi d'après a

Henricus, rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis totius Normannie, salutem. Sciatis quod Rualemus de Genetio coram me clamavit quietam et abjuravit de se et heredibus suis Roberto abbati et monachis Sancti Michaelis de Monte prefecturam Genetii quam tenebat hereditarie, et in manu mea eam reddidit. Et ego inde predictum abbatem saisivi. Et propter hoc abbas dedit ei viginti libras Andegavensium. Preterea dedit ei et heredibus suis terram illam quam Gervasius filius Helie habebat pro excambio pistrini, ita quod Rualemus et heredes sui habeant et teneant eam bene et in pace. Reddidit etiam prefatus abbas ipsi Rualemo et heredibus suis totum reliquum feodum predicti Gervasii, salvo jure et servitio

quod eadem terra debet ecclesie Sancti Michaelis de Monte, et inde fecit ei homagium Rualemus coram me. Et si quis in hoc feodo aliquid clamaverit, abbas inde rectum teneat in curia sua. Concessit etiam illi et heredibus suis abbas prenomatus vavassoriam Reginaldi presbiteri, cognati sui, salvo servitio quod inde debet illa prefate ecclesie, et feodum Turpis Infantis, cognati sui, salvo servitio ecclesie. Et propter hoc Rualemus abjuravit de se et heredibus suis et clamavit quietam abbati et monachis predictis ecclesiam Genetii quam calumpniabatur. Et similiter abjuravit de se et heredibus suis et clamavit quietum totum ministerium prefecture predictae et pistrini. Quare volo et firmiter precipio quod predictus abbas et predicti monachi habeant et teneant predictam prefecturam et ecclesiam et ministerium pistrini, ita bene et in pace et libere et plenarie et integre et honorifice, sicut convenit inter eos et carta mea testatur. Testibus : Gaufrido archidiacono Cantuariensi, Ricardo archidiacono Pictavensi, et Gilone archidiacono Rothomagensi, Walerano archidiacono Baiocensi, Clarembaldo abbate Sancti Augustini Cantuariensi, Manassero Biset dapifero, Ricardo de Luci, Willelmo Malet, Bertranno de Verdun. Apud Radinges.